Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift



patres mei. Zan & aram & reseph & filios eden. qui erant
in tha lasar. Vbi est rex emath & rex arfath. & rex urbis sef
faruaim ana & aua. Hisdem uerbis eademq; sententia scriptum est
in regum dierum uolumine. qd rapsaces iuxta dni uoluntatem
obsidionem deseruerit ierlim & prexerit addnm suum. quem uel
deserta uel capta lachis ad obpugnandam lobna ire cogno
uerat. Ipse quoq; sennacherib audiens tharacam regem ethiopum
inferre sibi bellum occurrit uenienti. & nihilominus mittit
nuntios ad ezechiam & epistolas. ut quos nec dum uirib cepert
sermone terreret. Et quom pplo dixerat. ne te decipiat
ezechias. eadem blasphemia loquitur ad regem. ne te decipiat
deus tuus. ponitq; exempla maiora. qd quomodo ceteras ter
ras inpotuerint liberare dm de manib eor. sic nec ierlim li
beraret. In enumeratione autem gentium ceterarum ponit ana
& aua. que lxx miscuerit dicentes anae agaua. conpuncti
onemq; & id estu inter duas gentes anae & aua lingua posi
ere hebrea. ut ignorantiby una gens iudeatur aut ciui
tas. Manifesta transcurrimus. ut indubius immoremur.
Pugnasse autem sennacherib regem assyriorum contra egyptios
& obsedisse pelusium iamq; extructis aggeribus urbem capi
enda uenisse taracham regem ethiopum in auxilium. & una
nocte iuxta ierlim clxxxv. milia exercitus assyrii pestilentia
corruisse narrat herodotus & plenissime berodus
chaldaice scriptor historie. quorum fides deppriis libris
petenda est. Et tulit ezechias libros de manu nuntiorum
& legit eos. & ascendit in domum dni & expandit eos
coram dno. & orauit addnm dicens. Dne exercituum deus
israel qui sedes sup cherubin. tues ds solus omnium regnorum
terre. tu fecisti celum & terram. inclina dne aurem tuam &